Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



testimonium receperunt. ubi aplis
corpus suum et sanguinem co
mendauit. Seorsum panis enim
et seorsum calicis commendatio
memoratur. Nam intinctum pa
nem. aliis xpm prebuisse non legi
mus. excepto illo tantum discipu
lo. quem intincta buccella magis
tri proditorem ostenderet. non que
huius sacramenti institutione
significaret. Nam quod de expresso
botro idest de uuarum granis po
pulus communicatur. ualde est
omnino confusum. Sed si necesse
fuerit. botrus in calice oprimatur.
et aqua misceatur. quia calix do
minicus. iuxta canonicum pre
ceptum. uino et aqua permixtus de
bet offerri. quia uidemus in aqua
populum intelligi. in uino autem ergo osten
di sanguinem xpi. Ergo cum in cali
ce uinum aqua miscetur. xpo po
pulus adunatur. et credentium
plebs ei in quem credidit. copulatur
et iungitur. Que copulatio et coniunc
tio. uino et aque sic miscetur. in ca
lice dni. ut cum mixtio illa non possit
seperari. Nam si uinum quis tan
tum offerat. sanguis xpi incipit
esse sine nobis. Si uero sit aqua
sola. plebs incipit. esse sine xpo.

Et ideo nullum de inceps licitum
erit. aliud in diuinis sacris offer
re. nisi iuxta antiquorum sen
tentiam conciliorum. panem tan
tum et calicem. uino et aqua per
mixtum. De cetero aliter quam
preceptum est faciens. tamdiu
sacrificando cessabit. quam diu
legitime penitentie satisfactio
e correptus. ad gradus sui offi
cium redeat quod amisit. De
Cottidiana perceptione eucharistie.
Ex dictis Augustini.

Cottidie eucharistie comuni
onem percipere. nec laudo nec
uituperо. Omnibus tamen dnicis
diebus comunicandum hortor.
Si tamen mens in affectu peccandi
est. grauare magis dico eucharis
tie perceptione. quam purificari.
Et ideo quam uis quis peccato mor
deatur. Peccandi non habet. de ce
tero uoluntatem. et comunicatu
rus satisfaciat lacrimis et oratio
nibus. et confidens de dni misera
tione accedat ad eucharistiam.
intrepidus et securus. Sed hoc de
illo dico. que mortalia peccata nulla
grauant. De eadem re. Ex
dictis eiusdem ad Ianuarium.

Dixerit quis piam non cottidie